

X.

Epigrammata Graeca.

23.

[Αἰ]ς δέκα καὶ δισσοὺς πλή[σ]υς ζωῆς λυκάβαντος,
 [κ]αὶ ποθέσας ἀρετὴν στ[ε]ργομένην ὀλίγοις,
 ἤλυθες εἰς Ἀΐδην ζητούμενος οἷς ἀπέλειπ[ες].
 πᾶσι γὰρ ἀλγηδῶν ἐσθλὸς ἀποιχόμενος.
 εἰ δέ τι[ς] ἔ]ν φθιμένοις κρίσις, ὡς λόγος, ἀμφὶ θανάτων,
 Σώγηνες, οἰκήσεις εἰς δόμον εὐσεβέων.

In Rheneae insula marmor repertum nunc penes Thierschium est, qui dono accepit a mercatore insulae Syrae. Idem Thierschius edidit. V. Dritter Jahresbericht der k. Bayerischen Akademie der Wissenschaften 1831 — 1833 p. 61. — „Die Zeit ihres Ursprungs fällt, nach den Zügen zu urtheilen, zwischen Alexander den Macedonier und das Eindringen der Römer in Griechenland. Sie ist einfach und schön und das πᾶσι γὰρ ἀλγηδῶν ἐσθλὸς ἀποιχόμενος in seiner Einfachheit schöner noch als das Lateinische *multis ille bonis stebilis occidit.*“ V. 5 ΑΦΙ lapicidae errore.

24.

Εὐδῖον ἐκ μακάρων ἀνώσαντά σε τὰν ἀόρατον,
 Γοργία ἐγγήρως, ἀτραπιτὸν βίτου
 ὄλβου τηλεθύοντος ἐκοίμισεν ὕπνος ὃ λήθης,
 κᾶντα πρὸς ἑπταπόρου στᾶσέ σε Πηληϊάδος.
 5 ἔξοχα δ' αἰνήσασα θεόκτιτος ἄδε σε γαῖα
 φροντίδι πανδήμῳ σὸν δέμας ἐκτέρισε,
 οὐνεκε καὶ πατέρων ἐπὶ γυμνάδος ἠδὲ φιλόπλου

πρόσθε νέων ἀγέλας ἔδρακεν ἀγεμόνα,
 ἄλλα τ' ἐνὶ ζωῇ τελέσωντά σε μυρία δάμνη
 10 καρύσσει φάμα φέγγος ὑπ' ἀελίου,
 ἔσθλὸν ἐν ἀμερίοισιν, Ἀριστέον δὲν ἄριστον,
 δόξαν ἐὰν ἀπαλοῖς παισὶ [λι]πόντα φίλων.

Prope Miletum in muro veteris aquaeductus spatio fere
 miliarii ab urbe distantis; ex Sherardianis p. 64 (Cod. Askew.
 II, 47.) Corp. Inscr. Vol. II p. 567 n. 2892. Senis lineis
 totidem continentur disticha ut n. 2588 duodenis. Qui de-
 scripsit, nihil intellexit; emendavit Boeckhiius. V. 2 ΑΤΡΑ-
 ΤΑΤΟΥΡΙΟΤΟΥ. Ἀόρατον ἀτραπιτὸν βιότον mire dictum
 esse, sed melius se non nosse Boeckhiius constat. V. 4
 ΙΡΟΣ, πρόσ, ΣΤΑΣΕΤΕΙΝΑΡΙΑ . . in quibus IN fuisse
 videtur Π, Δ vero Α et Ρ fuisse Η. Pleiades pro caelo
 dici observat editor, et ap. Antip. Sidon. ep. 51 κείμενον
 ἑπταπόρων ἄγγοθι Πληϊάδων. V. 5 ΘΕΟΚΤΙΓΟΣ, ΡΑΤΑ,
 γαῖα. V. 6 ΠΑΝΔΗΜΟ cum v. 9 scriptum sit ΔΑΜΩΙ.
 V. 7 ΕΛΕ, ΦΙΛΟΠΛΟΥ, ΑΡΕΔΑΣ, ἀγέλας. V. 9.
 ΖΩΑΤΕΙΛΕΣΑΝΤΑ. V. 10 ΚΑΡΙΣΣΙ, ΦΕΝΠΙΟΣΥ-
 ΠΑΙΛΙΟΥ. V. 11 ΕΣΘΑΩΝ, ΑΕΙΣΤΕΟΥ. V. 12 ΑΘΞΑΝ,
 δόξαν. ΑΙΠΛΟΙΣ, ἀπαλοῖς. . . ΠΟΝΤΙΦΙΛΟΝ, fort. φί-
 λους. „Gorgias, Aristee filius, gymnasiarchus fuit et maio-
 rum natu et adolescentulorum. Prius sic enuntiatur: οὕνεκα
 ἅδε σε γαῖα ἐπὶ πατέρων γυμνάδος ἔδρακεν (sc. ἀγεμόνα.)
 Γυμνάδος est γυμνασίον, cf. ad n. 938.” BOECKH.

25.

Χαίρειν τὸν κατὰ γᾶς εἶπας, ξένε, Διογένη με
 βαῖν' ἐπὶ σὺν πράξιν τὴνχανέ θ' ὧν ἐθέλεις.
 ἔννεακαιδεκέτης γάρ ὑπὸ στυγεραῖς ἐδαμιάσθην
 νούσου, καὶ λείπω τὸν γλυκὺν ἀέλιον,
 ἀνὶκ' ἔδει με γονεῦσι τίειν χάριν· ἧ δὲ συνήμων
 Λάδα εἰς ἀφανῆ τόνδε [μ' ἔκρυψε τάφον.
 Pholegandri in ecclesia Graeca antiqui castelli, in ana-

glypho senem repraesentante, cui adstat canis; misit St. Martin. Corp. Inscr. Vol. II fasc. 2 p. 360 n. 2445. Supplevit et correxit Boeckhius. V. 1 *ΕΠΙΛΑ*. V. 2 *ΠΡΑΞΑΝ*. V. 3 *ΘΟΝ*, 9' *ων*, *ΕΘΕΝΕΙΛ*. V. 8 *ΛΑΘΑ*, *Λάθα*. V. 3 exaratum in lapide est *έννεακαιδεχέτης*, ut in Syll. Epigr. Gr. n. 82, et *τρισκαιδεχάτου* in epigr. edito in huius Musei Vol. I p. 286 s.

26.

*Υγνεύεις, ὦ ξεῖνε, τίς εἰμ' ἐγὼ ἢ κατὰ γαίης,
ἢ τίνες οἱ πατέρες τῆμ μελέην ἔτεκον.
πεύση· ἐγὼ γὰρ ἔραστον Ὀλυμπιάς οὖνομ' ἐκλή[θην,
παῖς ἢ Πατροκλέους, μητρὸς Ὀλυμπιάδος·
λυγρὴν δ' οἶμον ἔβην ἐτέων κύρσασα δις [ἐπὶ
παρθένος, ἐν δ' ἔλαχον σῆμα τόδ' ἀντὶ γάμο]υ.*

In lapide quadrato 2' longo et lato, in domo Turcica oppidi Sevrihissar prope Teon; ex schedis Peyssonelii transcripsit Zieglerus. Corp. Inscr. n. 5118. Vitia, quae correxit Boeckhius, describentis esse videntur, non lapicidae, v. 2 *O* pro *OI*, v. 3 *ΕΒΑΣΤΟΝ* et *ΟΥΚΑΙ*, omissis litteris *NOM*, v. 4 *E* pro *H* et *ΠΑΤΡΟΚΛΕΙΟΥΣ*, v. 5 *Θ* pro *Δ* ante *οἶμον*.

27.

*Ἀλκείδου με τραφέντα φίλοις ἐ[ν γυ]μνασίοισιν
λυπηρὸς δαίμων ἤρπασεν αἰφν[υδί]ως·
εἴκοσι γὰρ καὶ πέντε μόνους λυκάβαντας ὀδεύσας,
σκήνος νῦν κείμει Πλουτέος ἐμ μελάθροισι
5 ἀ]φθάρτοις. Μούσαις γὰρ ἐπίσ[τι]ον αὐτὸς ἐμ. ε.
. νολεωσνοεννυμφιοσουσεμονην . . . ν.
τ]ῶν γὰρ κληδοῦχ[όν με κατήγαγεν οὐκ] ἐθέλοντα
Φ]ήμιος μητρὸς καὶ πατρὸς ἐκ θ[αλάμων],
οἷ νῦν οὐκέτ' ἔχουσιν ἐμὸν [μέλ]ος. ἀλλὰ παρέρχου
10 φίλ]ε ὀδοιπόρε πᾶς, τοῦνομα διζόμενος.*

Prope Teon, „Severhizar cis aquaeductum in via”; ex Sherard. p. 43 (Cod. Askew. I, 148.) Corp. Inscr. n. 5123. Apographi vitia V. 2 *ΕΠΙΛΑΕΕΝΑΙΦΙ* . . . V. 3 *ΜΟΝΟΥΕ*. V. 4 *ΕΚΙΝΟΕ*, σκῆνος, de qua voce v. Syll. nostra p. 99 s. *ΜΕΛΙΘΡΟΙΕ*. V. 5. *ΓΑΙ* pro *ΓΑΡ*. V. 9 *ΕΧΟΥΕΜ* ἔχουσιν, *ΟΜΟΕ*, *ΑΜΑ*, ἀλλά, *ΠΛΑΙΣ* — *ΡΧΟ*. V. 10 *ΟΛΠΟΡΕ*. De argumento Boeckhius: „Vir, cui hoc sepulcrum dicatum, Musarum Tei maxime cultarum videtur κλειδοῦχος fuisse et in Musarum τεμένει publice sepultus esse. De Musis Tei cultis vide n. 3059, et nota hunc cultum coniunctum fuisse caerimoniis deorum gymnicorum Herculis et Mercurii, ut in hoc epigrammate Musarum minister dicitur *Αλκείδου τραφεὶς ἐν γυμνασίοισιν*. — V. 7 sumpsit sorte constitutum κλειδοῦχον esse ex iis, qui nomen professi essent.” Haec Boeckhius. V. 6:

. *ΝΟΛΕΩΕΝΟΕΝΝΥΜΦΙΟΕΟΥΕΜΟΝΗΝ* . . . *Ν*

Quibus litteris nodus continetur, ut mihi videtur, indissolubilis, eoque magis mirandus, quo facilius atque certius corrigi reliqua possunt et quo simplicius est argumentum, quo aequabilior in eiusmodi carminibus plerisque sententiarum solet esse tenor. Boeckhius: „V, 6 ἔνθεν dedi lenissima correctione, quamquam hunc locum non expedio: videant alii quid hic lateat.” Non pro certis igitur dat, quae ponit:

Μοῖσαις γὰρ ἐπίσ[τι]ον αὐτὸς ἔ[νευ]μ[ε]ν[ε]ν (EM. E.)

σῆμ'] ὁ λεώς, [ἐ]ν[θ]εν Νύμφιος . . . μονήν

ζῶ]ν· [τ]ῶν γὰρ κλειδοῦχ[ον] ἐκλήρωσαν μ'] ἐθέλοντα

Ῥήματος μητρὸς καὶ πατρὸς ἐκ [Θαλάμιον.]

Quasi obiter ei videtur nomen viri *Νύμφιος* significari; patrem putat haberi vs. 8. extr. in litteris *ΟΜΜΑΩΝ*. et commodum esse patrem vocari *Θάλαμιον*, filium *Νύμφιον*, quorum vocabulorum affines sint notiones. Pro nomine matris corrupto *ΡΗΜΙΟΕ* coniicit *Εἰρήνης*. De statua non credo fuisse sermonem; obstat etiam alterum *γάρ*, v. quinto, quod quidem respicit ad *τραφέντα ἐν γυμνασίοις*. Neque *Νύμφιος*

videtur mortui nomen esse, cum nomen, epigrammati puta subscriptum (ut in Sylloge nostra n. 81), viatorem quaerere iubeat poeta vs. ultimo, nimirum ut χαῖρε ille suum homini acclamaret. Θάλαμος autem dubito an nomen esse potuerit. In ΟΜΜΑΩΝ prius Μ esse videtur ΑΑ ut vs. 9 ΑΜ pro ΑΑΑ, genitivus autem in ΑΩΝ ut in Syll. Epigr. n. 114 ΤΑΩΝ scriptum est pro ΤΩΝ. Matris nomen expressum, patris omissum non curo, de qua re monitum est ad eandem Syllog. n. 75 p. 106. — V. 9 ΟΜΟΣ Boeckhius correxit φάος, nos μέλος. Scacerdos Musarum fortasse non proprie dicitur iuvenis cantui et poesi addictus, sed qui cultor earum fuisset eximius.

28.

Οὐχὶ πέπλους, οὐ χρυσοῦν ἐθαύμασεν ἐμ βίῳ, ἡδέα χ[άρματ']

ἀπὶ δὲ σῆς ἡβης, Διονυσία, ἡλικίας τε

τόνδ' ἐτάφ[ον]

Athenis, cum pluribus aliis Graecis inscriptionibus, descripsit L. Rossius. V. Archiv für Philol. und Pädagogik Vol. II 1853 p. 455. 458. „No. 19 ist auf einem Fragment eines sehr grossen Grabsteins, über einem Basrelief, von dem nur der, sehr gut gearbeitete, Kopf der Dionysia zur Linken des Beschauers noch erhalten ist; doch erkennt man zur Rechten noch die Umrisse von dem Kopfe und Unterleibe des Mannes, der zu seiner Gattin hingeneigt stand. Von der Inschrift fehlt in jeder der beyden Zeilen noch ein Vers.“ Binus versus singulis scriptos lineis v. n. 24. 30. Heptametros in epitaphiis habes Syll. Epigr. Gr. p. XXIV.

29.

Χερσὶ τε καὶ τέχνα]ις ἔργων τόλμαις τε δικαίαις
 θρεψαμένη τέκνων γε[νεάν], ἀνέθηκε Μέλιννα
 σοὶ τήνδε μνήμην, θεὰ Ἐργάνη, ὣν ἐπόνθησεν,
 μοῖραν ἀπαρξασμένη κτεάνων, τιμῶσα χάριν σὴν.

Athenis inventum mense Ianuario 1835. „Auf einem kleinen Tubus aus weissem Marmor, $1\frac{1}{4}$ Spanne hoch und breit, der oben eine ausgehöhlte Vertiefung hat, ohne Zweifel um den Zapfen eines Anathems aufzunehmen: worin das Weihgeschenk aber bestanden, oder durch welchen Kunstfleiss Melinna sich und ihre Kinder ernährt, erhellt aus dem Epigramm nicht. Die Form der Buchstaben namentlich des Σ, Θ, Μ, des Ν, bey dem der zweyte perpendiculäre Strich nicht bis zur untern Linie herabreicht, deuten auf eine gute, gewiss vorrömische Zeit.“ Verba sunt Rossii, v. Kunstblatt 1835 N. 27.

30.

Σοὶ τόδ' ἄγαλμα, θεά,

.

Νικιέης οὗ πατρὸς ὁμώνυμος, ἠδὲ σύ[νευρος]

.

5 σεῖο δὲ καὶ νηοῖο θύρας τεύξαντο φαινύς,

.

Οἱ δ' αὐτοὶ δάπεδον πυκνοῖς στόρεσαν οὐδοῖσιν,

καὶ βωμῶν ἱερῶν τεύξαν [εἰς] δα]πάναις,

καὶ νηοῦ δ' ἐπὶ κρατὶ μετήρο' ἄγάλματα θῆκαν

10 τρισσά, δύο Νίκας, μέσσα δὲ Π[ερσεφ]όνην.

Χαῖρε, θεά, τοῖςδεσσι, καὶ ἰλήκοις Παρίοι[σιν],

δισσ]ῶς ἐν παλάμαις ἀραμένη δαΐδας,

καὶ τοῖς μὲν φιλέουσι Πάρον γλυκερὸν φέρε φέγγος,

τοῖς δ' ἐθέλουσ' ἀδικεῖν πυρσὸν ἄναπτε κακῶν,

15 μᾶλλον δ' ἐμπόδιον καὶ τοῖς κακοεργέσι θείης,

μή τι κακὸν ῥέξειν, ἐσθλὰ δὲ πάντα πόλιν.

Ἔλαθι πᾶσι, μάκαιρα, πολυλλίστη δὲ πόλῃ,

κούραις καὶ κούροις τοῖς καὶ ἐπεσομένοις,

Ἔξοχα δ' ἰλήκοις, καὶ σφιν μάλα χάσματα δοίης,

20 Νικίᾳ ἢ δ' ἀλόχῳ παισὶ τε τῶνδ' ἐραταῖς,

καὶ παισὶν παίδων, τοι[κεν] μετόπισθε γένωνται

ἴλαθι, τοῦνεκα σεῦ νηὸν εἴθρηκε γονεὺς
 τόνδε σοι, ᾧ δαδούχε, Διὸς τέκος, ἄμνον ἔτευξεν
 Νικιάδης, ὃς σεῦ ἴλατο [δᾶδα φέρων.

In Paro, ex schedis Fourmonti. Lineas 6 et 7 solas (v. 11 — 14) minusculis et recte correctas edidit Iacobsius Anthol. Palat. T. III p. 968. Corp. Inscr. T. II p. 548 n. 2588. „Titulus non Cereri, sed Proserpinae dicatus, quod patet ex verbis Διὸς τέκος sub finem positis; facies Proserpina fert non minus quam mater. Lin. 5 (v. 10) *E* post *Νίκας* vacat, repetitum ex priori *Σ* a Fourmonto ut videtur; post *μέσσα* inserui *δέ*, a Fourmonto omissum, ut plures in hoc titulo ductus omissit. Certe praestat sic scribi quam omissio altero *Σ* εἴ[μ]μεσα *Περσ.* Lin. 9 (v. 18) *TE* (post *κούραις*) pro *ΚΑΙ* videtur error lapicidae. In fine *δᾶδα φέρων* dedi; ita ut Niciam statuam daduchum mysticum fuisse, et *σεῦ* pendeat ex *δᾶδα*. De cultu Cereris et Proserpinae Pario v. ad n. 2384.” BOECKH. Singulas Boeckhii emendationes, quae plurimae sunt et certae pleraeque, non enoto. Restat tamen aliquid dubii de *δ' ἐμπόδιον*: *ΔΩΠΩΔΟΙ* v. 15 (*Ω* est *ω*) et de ultimis *ΙΑΤΟΑΟΑ*. . . . ἴλατο δᾶδ[α φέρων, cum v. 17 scriptum sit *ΗΛΑΟΙ*, quod in marmore fuit *ΕΙΛΑΟΙ*, ut v. 19 *ΕΙΛΗΚΟΙΣ*, v. 22 *ΕΙΛΑΟΙ*. V. 14 est *ΠΥΙΣΟΝΑΝΠΕΑΚΩΝ*, v. 17 *ΠΟΛΕΙΛΙΣΤΗ*. V. 18 verba *κούραις καὶ κούροις* refer ad nomen *Κόρης*. V. 23 mira est copulae omissio,

31.

Λάμπει καὶ φθιμένοις ἀρετῆς φάος, οἱ περὶ πάν[των]
 πολλὰ πονησάμενοι ξυνὸν ἔθεντ' ὄφε[λος].
 Ἀσκληπιოდότῳ λόγος ἤρμοσεν, ᾧ πόλις [ἦδε]
 οἷά περ οἰκιστῆ τόνδ' ἀνέθρηκε τύπο[ν].

Aphrodisiade (Cariae) in via prope casulas, in marmore candido; ex Cod. Askew. et Chishull. Corp. Inscr. T. II p. 549 n. 2851. Una cum binis aliis in eundem Asclepiodotum

distichis, quae exstant in Anthol. Pal. IX, 704. „Ibi verum quum haec (altera pars tituli) separatim extet, videntur duo haec epigrammata esse, quorum posterius ad tholum ab Asclepiodoto exstructam pertinet, ad quam eius fuerit imago posita in priori commemorata.” Verba sunt Boeckhii, qui copiose disputat de Asclepiodoto, Procli discipulo, Damascii magistro. Hunc autem intelligendum esse etiam Iacobsius viderat. Apographum admodum est corruptum. V. 1 ΦΘΗΜΕΝΟΙC, ΦΛΟCΟ, φάος οἱ. ΠΑΤΑ. V. 2. ΤΙΟΝΗCΑΜΕΝΟΙΖΗΝΟΝΕΘΕΝΤΟΦΕΝ. Ex quibus Boeckhius haec elicit: οἱ περὶ πά[ρ]τα πολλὰ πονησάμενοι ζῆ[λ]ον ἔθεντο θε[ῶ]ν, cum constet Asclepiodotum et circa omne genus litterarum laboriosissimum et sanctissimum fuisse, neque offendant hac aetate dictio ζῆλος θεῶν. Fuit autem Asclepiodotus musicae et medicinae imprimis peritus, rerum naturalium investigator acerrimus, neque video quomodo varia eius studia ad unum θεοῦ ζῆλον omnia referri apte potuerint. Accedit quod alter titulus non scientiam viri, sed beneficia in patriam collata celebrat:

Τῆκει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος· ἀλλ' ἀρεταίων
 Ἀσκληπιοδότου τὸ κλέος ἀθάνατον,
 ὅσσα καὶ οἷα πόρεν γέρα πατρίδι· τοῖς ἐπι πᾶσιν
 καὶ τόδε μετρεῖσθω ξυνὸν ἔρεισμα θόλου.

Hic quae ἀρεταὶ vocantur, eadem etiam verbis ἀρετῆς φάος videntur significari, quo ducit vel maxime illud οἷά περ οἰκιστῆ in v. quarto. Κτίστας enim ab Aphrodisiensibus ut ab aliis vocari *beneficos*, plures docent tituli (n. 2804, 2812, 2845), ipso monente Boeckhio. Denique periculo minore in fine versuum (ΠΑΤΑ et ΟΦΕΝ) aliquot litteras addi putabam, cum etiam sequentes versus sex in fine omnes mutilati sint, quam in mediis intrudi verbis. His igitur nixus rationibus pro corruptis scripsi πάτραν, ξυνὸν et ὄφελος. Ξυνὸν autem est *publicum* etiam in ξυνὸν ἔρεισμα θόλου. De frequenti usu binos ponendi una titulos, sepulcrales quoque,

eiusdem plerumque argumenti, v. quae annotavimus ad Syll. Epigr. Gr. p. XX et 25 : quibus add. C. I. n. 1988 b, tum Messeniaca epigrammata bina, quae edidimus *Allgem. Schulzeit.* 1830 p. 689, et Aegyptiaca, *Mus. Rhen.* Vol. I p. 293 n. 12 s. Osanni Syll. Inscr. p. 490. Anthol. Pal. VII, 183 sq. 334 sq. Duo epitaphia Platonis quoque stelen habuisse memoriae proditum est. — V. 3. „Iam praemissa generali sententia Asclepiodoto imprimis congrua v. 3 dicitur haec sententia illi *convenire*: Ἀσκληπιόδοτῳ λόγος ἤρμωσεν. Λόγος est ὄδε ὁ λόγος, ut ap. Pind. Ol. II, 22. ἐπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις Κάδμοιο κούραις. Ἀσκληπιόδοτος producta litera Iota non solum metri necessitate excusatur, sed etiam Homericæ productione eius literae in voce Ἀσκληπίου s. Ἀσκληπιού.” BOECKH.

32.

Ἐ[ἴσατο τῆνδ' Ἐκάτην πολυώνυμον Ἀρτεμίδωρος
Φωσφόρον, ἣν τιμῶσιν ὅσοι χώραν κατέχουσιν.
μνημόσυνον Θήρας πόλεως [πάντεσσιν] ἔτευξεν
[ἐνναέταις], σ[τῆ]σέν τε μέλαν λίθον Ἀρτεμίδωρος.
Ἡ[κω Πριάπος τ[ῆ]δε Θηραίωμ πόλει
ὁ Λαμψακηνὸς πλοῦτον ἄφθιτον φέρων.

Πάρειμι καὶ παραστάτης
πολίταις τοῖς τ' ἐνοικοῦσιν ξένοις.

In insula Thera nuperrime descripsit Prokeschius, in *Diar. litter.* Hal. 1835 *Intelligenzblatt* n. 75 edidit Ed. Gerhardus. Versus superiores sex scripti sunt in scamno lapideo prope moenia urbis (*auf der Lehne einer Felsbank hart ausserhalb der Ummauerung*), posteriores infra in eodem scamno. V. 1 ἸΣΑΤΩ. V. 2 ΗΜ pro ἣν. V. 3 ΜΝΗΜΟΣΥΝΟΗΘΥΡΑΣΠΟΛΕΩΣΠΑΛΙΟΥΝΕΤΕΥΞΕΝ. Meierus μνημόσυνον . . . ἔτευξεν. Mihi fuisse videtur ἔτευξεν, ut in epigrammate incerti auctoris: Ἐλπίδα καὶ Νέμεσιν Ἐνῶνος παρὰ βωμὸν ἔτευξε, *Anal.* III, 173, 117, et in corrupto illo ap. Xenoph.

Ephes. III, 2 Ἰππόθους κλεινῷ τεῦξεν τόδε σῆμ' Ὑπεράνθη.
 Post πόλεως nescio an bene correxerim πάντεσσιν, ita ut in
 v. sequ. accedat substantivum: dativo concedes opus esse;
 sed potest, si substantivum latet in ΠΛΙΟΥΝ, in sequentis
 versus initio aliud quid adiectum fuisse. — V. 4 ΒΑΤΟΡΑ-
 ΤΑΑΕΣΙ. ΣΕΝ. Meierus ἔστησεν, de reliquis manum absti-
 nens. Verbum ΣΤΗΣΕΝ praecedere videtur dativi forma
 ΑΤΑΙΣ. Scripsi ἐνναέταις ut lacunam explerem; non quod
 verum hoc esse censerem. V. 5 ΒΗΡΙΩΜ. V. 6 ΑΦΟΙ-
 ΤΟΜΦΕΡΟΝ. De Hecataeis πανταχοῦ πρὸ τῶν θυρῶν poni
 solitis scriptorum testimonia plura collegi Syll. Epigr. n. 121
 p. 176. Add. Suid. v. Θεαγένους Ἐκάταιον. Ex lapide nigro
 Hecates fit statua, quam Noctis filiam vocat Bacchylides.
 Therae incolis μνημόσυνον illam vult esse Artemidorus. Do-
 sitheus Interpretamentor. l. 3 p. 2 ed. Böcking. συνέγραψε
 πάντα τὰ δῆματα — ἵνα ἔχῃς ὅπου σεαυτὸν γυμνάσης, ἀλλὰ
 καὶ εὐτυχῶς τέκνοις σοῖς καταλίπης μνημόσυνον καὶ ἰπό-
 δεγμα φιλοποनिῶν σου. Diversa est significatio in titulo iam-
 bico C. I. Gr. n. 2722 Μνημόσυνον ἀνθρώποις τὸδ' ἡμερή-
 σιον εὖρον μετρήσας; est enim ibi *memoriale*, ut vocabulum
 reddunt Glossaria Graeca. v. F. A. Beckius ad Ampelii Li-
 brum memorialem p. XII. Iambi hexametris annexi ad phal-
 lum spectare videntur, in eodem sedili expressum, quae etiam
 Gerhardi nostri sententia fuisse videtur: facile enim fieri
 poterat, ut huic signo Lampsaceni dei nomen daretur.

33.

Κο. Βαλέριος Ἰουλιανὸς Σμυρ.

Ἀσκληπιῷ ἱητῆρι Διὸς Σωτῆρος ἄγαλμα
 σὺν βάσει ἀργυρῆ γύψου μεστῇ ἀνέθηκεν
 ἄσταθμον, ὡς εἶη καὶ ἀτίμητον καὶ ἄχραντον.

Mus. Veron. p. XXXVIII, „in stylobate perquam exiguo.
 Vestigium exstat, in quo Iovis icuncula institit cum basi sua:
 ad utrumque latus aquila efficta est *trisulcis ignibus armata*.

— Argentea et aurea donaria, quae templis inferebantur, ad sacerdotum ministrorumque surreptiones arcendas praecavendasque fraudes, receptum fuit ut penderentur atque aestimarentur: pretium autem et pondus authenticis tabulis procul dubio consignabantur. Mire congruit, quod apud prophetam Baruch VI, 9 et 32 legitur. At Quintus Iulianus noster vel superstitione tactus, vel donarium suum detrimenti quicquam passurum timens, si argumentum ab alia materia segregaretur, ut pendi et aestimari posset, argenteam, quam dicabat basim, minime solidam esse, sed gypso repletam declaravit, aestimationemque ac ponderationem inhibuit, ut servaretur incontaminata et intacta." *Massejus*, qui Versus esse non animadvertit. Interpretatio *ΑΣΚΛΗΠΙΩ ΑΡΓΥΡΗ ΜΕΣΤΗ* sine I. *ΑΤΕΙΜΗΤΟΝ*. Masseji argutior est sententia quam verior. Donator modestè fatetur non ex solido argento basin factam esse. Iupiter *Σωτήρ*, summus est medicus et locum hic tenet Apollinis, cuius simulacrum ex Aesculapii religiosissimo fano Agrigentino direptum memorat Cicero Verr. IV, 2, 43 (95.) Vocabulum *ἄσταθμος* non norunt lexica; adest *εὐσταθμος*, iusti ponderis.

34.

Θεῶ μεγίστῳ καὶ καλῇ μοίρᾳ Οὐάλης
ἀρχὴν λαχὼν ἔπαρχον Μεισηνῶν στόλου,
ἔστησα βωμόν, ἐκτελῶν εὐχὴν ἐμήν.

Neapoli in Museo Studiorum, in marmore quadrato. V. Fr. Osanni Syll. Inscr. p. 543. Graeca subiecta sunt Latinis hisce: *deo magno et fato bono val. valens v. p. praefectus classis misen p. v. gordianae votum solvit*, et haec quidem quaternis, Graeca trinis lateribus repetita.

35.

Τὴν πρωτότμητον τρεῖς τὴν ἐφηβίην
κείρας ἔθηκε Στρατόνεικος Ἀσκληπιῶδου Ἀσκληπιῶ Ἰγείε τε δῶρον
αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ ὑοῦ (sic) Στρατονεϊκοῦ χάριν.

In insula Paro. Inscriptiones antiquae a Comite Carolo

Vidua in Turcico itinere collectae tab. 46. Nuper etiam Rossius edidit. De titulis similibus compluribus in insula Paro repertis v. Thierschius in Act. Acad. Monac. 1835. p. 634 ss. Compositum *πρωτότυμτος* adde lexicis. In *τρίχα* homo indotus vocalem produxit. Iota dativi omissum est.

36.

Ἐξητίας ἔγραψε κατόησέ με.

In vase picto Volcienti in Museo Regio Berolinensi V. Annali dell' inst. archeol. T. III p. 180. Levezow Galerie der Vasen tab. 2 n. 651.

37.

Schol. Clem. Alex. p. 113. *Πυραμίδες οἰκοδομήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἀπερ ὠκοδομήθη εἰς μνημάτων χώραν, ὡς μαρτυρεῖ τὸ ἐν αὐταῖς ἐπίγραμμα οὕτως ἔχων.*

Μνήματα καὶ Φορηός (l. Κεφορηός) τε καὶ ἀντιθέου Μυκερήριου καὶ Χέοπος κατιδὼν Μάξιμος ἡγεσάμην.

38.

*Εἰ μὴ Ἀριστοτέλους γενόμεν, ἢ δίπλους οὗτος,
ἢ σοφίην ἀκάρηρον ἐδείματο νόσφιν ἐμεῖο.*

Syriani epigramma in Aristotelis Categoriarum librum, ex Davide, Armeno, protulit C. F. Neumann, *Mémoire sur la vie et les ouvrages de David*, Paris. 1829 p. 62. Eidem Syriano philosophus Armenus tribuit epigramma simile in Platonis Phaedonem, Anthol. Pal. IX, 358, quod Iacobsius a Diogene scriptum coniecerat.

39.

Boethius de diis et praesensionibus ed. C. B. Hase post Lydum de ostentis p. 354. *Ab hac deorum oratione verbi gratia ita ducitur testimonium, ut si de Socratis excellentia dubitetur, illo Pythii oraculi vaticinio omnis dubietas abstergatur:*

Κεῖνος ἀνὴρ τὰ κακὰ καὶ ἐναντία ἐστὶν ὀρίζων.

Editor scripsit *ἔστι πορίζων*, quod Socratis personae minus accommodatum videtur. Sed apponenda est doctissimi

viri annotatio integra. „Sic, ait, religio fuit discedere longius a scriptura Codicis, quae est huiusmodi: *AINOC. ANIP. TA. KAKA. KAE. ENANTIA. EPOI ZOI* (sic), adraso capite litterae extremae in *ΠΟΙ*, non secus ac si prius *ΠΟΡ* fuisset. Syllaba altera in *KAKA* producitur mire: in promptu fuisset scribere, τὸ κακὸν καὶ ἐναντίον. Aliis (opinor) placet *Αἰνός*, cum infinitivo in clausula: malui Homericum *Κεῖνος ἀνήρ*. Versus, qui fortasse alibi sanus extat, addendus est Oraculis metricis ab Ioanne Opsopoeo collectis, Paris 1607, in 8vo. De altero *χρησμοῦ* de Socrate, ὃν ἴσμεν ἅπαντες, ut ait Plutarchus II, 1116 Chaerephonti dato non renovabo quae habent Fischerus ad Apolog. Soer. p. 83, conquisitis ea de re testimoniis, et qui singulares de Socratis vita libros ediderunt.”

40.

Plin. H. N. VII, 58. *Veteres Graecas (litteras) fuisse eadem paene, quae nunc sunt Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae est hodie in Palatio, dono Principum Minervae dicata in bibliotheca, cum inscriptione tali: ΑΔΥ-ΣΙΚΡΑΤΗΣ ΑΝΘΕΤΟ ΤΗ ΔΙΟΣΚΟΡῆ ΤΗΝ ΔΕ-ΚΑΤΗΝ ΔΙΑ ΔΕΞΙΟΝ ΑΙΩΝΑ.*

Iul. Sillig haec annotat. „*ΑΔΥΣΙΚΡΑΙΝΑΝΘΕΤΟ ΙΝΔΙΟΚΟΡΤΥΝΑΕ ΚΑΤΑ ΝΗΛΑΕ ΞΙΟΑΔΙΟ ΝΟΟΝΑΕ*, ita fere hanc inscriptionem exhibent Reg. I. II Coll. I. II Paris. Quod nunc legitur, debetur priore in parte Turnebo Adv. XXIX, 18, posteriore, Broterio.” Cf. Boeckh. C. I. Gr. T. I p. 6. Raoul Rochette *Lettres à M. Aberdeen* p. 66 apographa ex omnibus Plinii codicibus Bibliothecae S. Marci a Morellio accepta et verba barbara continere ait, neque litterarum forma qualis fuerit in antiqua tabula, dignosci posse. Mihi Hasius multos abhinc annos ex decem codicibus Parisiensibus verba corrupta tanto calami artificio depinxit, ut incredibilis illa ductuum manuumque varietas non scriptura

repraesentata, sed aeri incisa esse videatur. Quibus copiis undique perlustratis, hos fuisse puto versus :

*Ναυοικράτης ἀνέθετο τῇ Διὸς κόρη
τῶν δεκάταν, ἃ δὲ δεξάτ' ἀδεί νόω.*

Certum est, si quid aliud, peccatum in secundo alterius versus pede. Mira res est decima Delphis sive Dianae sive Minervae *Προναία* dedicata, non Apollini; et oritur suspicio, fictum fuisse titulum a Grammatico Romano, Principum familiari, ut litterarum Graecarum cum Latinis similitudo, singulari monumento affirmaretur, quod quum Palladi, litterarum antistiti, dedicandum esset, ad eandem ab initio spectasse par erat. Locus unde lamina Romam allata esse dicitur, est clarissimus, sacris antiquitatibus abundans; res autem, cui illa tabula testimonio esse deberet, erat gravissima, Romanarum litterarum non minor quam Graecarum antiquitas.